



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

39. de subiectua potentia actus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

EPITOME  
DE SUBIECTIVA  
potentia actus.

DISTINCT. Trigesimæ nonæ  
CAP. Primum.

*In voluntate est peccatum.*

**P**er voluntatem quandoq; intelligimus potentiam volendi, aliquando actū eiusdem potentiae. Potentia autem natura-  
liter animæ insita nūquam peccatum est, si-  
cūt nec vis memorandi vel intelligendi, sed  
actus huius potentiae, qui & voluntas dici-  
tur. tunc peccatū est, quādo inordinatus est.

CAP. Secundum. Peccatum non est in  
aliis potentias.

**E**t si voluntatis actus quandoque pec-  
catum sit, non tamen actus aliarum po-  
tentiarum, scil. intellectus & memoriae  
peccata sunt: quia alterius generis est actus  
voluntatis, quam actus memoriae & intelle-  
ctus. hie enim actus est ad aliquid adipiscen-  
dum, vel non admittendum, qui non potest  
esse de malis, quin sit malus. velle enim ma-  
la malum est: sed intelligere vel memorare  
mala malum non est. Quanuis eorum qui-  
dam etiam hos actus malos esse interdum  
non improbè afferat. Memorat enim inter-  
dum malum quis, vt faciat: & quærerit intel-  
ligere verum, vt sciat impugnare.

C A P. Tertium. *Eadem est voluntas  
quæ naturaliter vult bonum, &  
repugnat bono.*

R. 0.7. Q Vomodo intelligendū sit illud, quod Ambrosius ait exponēs illud verbum Apost. Non enim quod volo illud ago, sed quod nolo illud facio. Dicit enim quod homo subiectus peccato, facit quod non vult: quia naturaliter vult bonum. an ergo eadem sit voluntas, siue idem motus, quo libenter peccato seruit, & quo naturaliter vult bonū? Quæ quæstio profunda, est & à diversis variè determinata. Alij enī dicunt duos esse motus: unū, quo vult bonum naturaliter, quia in sua prima cōditione rectus creatus est (ut dicit August. de fide ad Petrum) Alium autem dicunt motum esse, quo mens relicta superiorum lege, subiicit se peccatis, eisque oblectatur. Utique tamen ex libero arbitrio. Veniente ergo gratia malus eliditur, & alter naturaliter bonus liberatur, & adiuuatur ut efficaciter bonum velit. Ante gratiam vero licet naturaliter velit homo bonum, non tamen absolutè cōcedi oportet bonam habere voluntatem, sed potius malam. Alij autem dicunt unam esse voluntatem, id est unum motum, quo naturaliter vult homo bonum, & vitio vult malum, eoque delectatur: & inquantum vult bonum, natura-

*Lugd. No*

*f. 154. b.*

*D. F. m. b.*

*i.*

*A*

E P I T O M E

liter, bonus est & iniquitatum malum vult,  
malus est.

D E A C T I B V S E X-  
terioribus.

D I S T I N C T . Quadragesimæ  
C A P . Primum.

A ctus exteriores ex voluntate bona  
vel mala speciem  
accipiunt.

De causis **A**ctus ex- **L**icet secundum quosdam omnes actus  
terioris. boni sint, inquantum naturaliter sunt,  
non tamen absolute dicendi sunt om-

nes boni: quoniam & quidam sunt simpli-  
citer mali. Nam simpliciter sunt boni actus  
illi, qui bonam habent causam & intentio-  
nem. i. voluntatem bonam comitantur, & ad  
bonum finem tendunt. Malii vero simplici-  
ter dicuntur, qui peruersam habent causam  
& intentionem. Vnde Ambr. ait: *Affectus*  
*causæ operi tuo nomen, imponit.* & Christus  
in Euang. Non potest arbor bona fructus  
malos facere, &c. Nomine autem arboris vo-  
luntas intelligitur, que si bona vel mala fue-  
xit, bonos vel malos fructus facit.

C A P . Secundum. Non omnes actus  
sunt indifferentes ad bonitatem  
vel malitiam, sed qui-  
dam sunt per se  
mali.